

hominibus firma

et talis prauitates

et res fructus

res sumus digni

se factis

noxe terra

noxe terra

omni caritate et dignitate meos

rebuere pariter **Et** firmiter **Et** **Et**

Amelioros iohannes quibus d. **Ipse**

**Et** **Et** omni die fideliter huius omni

scorum huius semper ueritatem

scorum et huius pariter simpliciter

uincunt **Et** **Et** omnipotens **Et** **Et**

inquit celestia adiuuata pariter

incedunt huius celestia in re tua

quod omnia omnia aduista inu

amur **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

restra **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

omni **Et** **Et** **Et** **Et** **Et**

in re tuos claudum in re tuum

synthoriam in re tuum in re tuum

in re tuum in re tuum in re tuum

CCM

17.  
  
CASPARO HVBE-  
RINO VERDENSI

EX ACAD. IVLIA  
*abeunti*

ARGENTORATVM

Π Ο Μ Π Η

à

FAMILIARIBVS.



HELMAESTADII  
Excudebat Iacobus Lucius,  
ANNO

---

cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup> XCVI.

Id. viibr.

CASPARI HVBERINO, populari  
carissimo.

**Ε** ἀπαλῶν ὀνύχων ἀλλήλους εἰς παρὸν ἡμᾶρ  
αἰὲν ἀλωφῆτω ἡμεῖς ἀγαπῶμεν ἔρωτι,  
ὦ Ἰβερνιάδη, τριποθήτων φίλταθ' ἐπαύρων,  
ἀνθ' ὀμηλικίης, πεφιλημένη ἔξοχα μέσσης,  
αἰδοίητε θέμιστι, τὰ θνητῶν ἰθυσέση,  
ἐννέα πρὸ δέκα τῶν πεντηροπέων ἐνιαυτῶν.  
ἔλπις ἄρ' ἡμετέρη ὡς καὶ πρὸς τέρμα βίοιο  
ἢ αὐτῆ Φιλίη Ζαθέως ἄρκυσι δεθείσα  
ἔμπεδον ἕως εἴπω πολυήροισι· ὅτι τ' ἔμοιγε  
ἀστεμφές μεμέλητο, καὶ ἔγνω ἔδιδε σε διπλῶν,  
αἰμυλίοις ἐτέρως παρὰ νῦν θείωντα λόγοισιν,  
ὡς πολλοὶ, ἀγαθοῖσιν ὁμῶς Ἀχέροντι ἀπεχθεῖς·  
οὐδέ τι θαῦμα· δρετῆς ὅτι ὄρδιον αἶμον ἐπαίγεις  
εἰσέτι παυδῶς ἔων, θαλεροὶ μέχρι σ' ἦλθον ἰβλοῖ,  
ὄλβισι εὐδοκίμω ἐπικύρσας πρῶτην ἀγωγῆν,  
ἄμμι σὸν ἠλιξίν, ποτὶ Ἀλαρον ἰχθυόεντα,  
βέρδη ἐνὶ κλειτῆ, ἵνα πρῶτην εἰδομένη ἦῶ.  
ἢ μὴν εὐφροῖν, καὶ ψυχῆς ἀγλαὰ δῶρα,  
καὶ ὅσα σοὶ ἀργαλέοιο θεὸς πῶλησε πόνου,  
βελοῖμην σαφέως δίχα βασκανίης ἐναριθμῶν,  
ἀλλὰ σιωπῆ ταῦτα γ' εἰάσω· ἔδιδε γὰρ αἰδοῖ  
κλύειν τῶν ἰδίων τλαίης κήρυκισι ἐπαίνων,  
οὐδέ νυ κρυπταδίη φίλῃ εἴη ἔποτε τέχνη  
ἀμφιλαφῆς, δολίαντε φρεσὶν μεθέτων πολακείας.  
ἐν μόνον, ἀλλὰ λιπῶν, δρετῆς σημεῖον ἐνὶ ψῶ  
μῶμον ἀλευόμην, γνώμησιν εἰ μὴ πῖσφαλοῖμι,  
ὡς θεὸς Ελμάνη χλοεροῖς ἐνὶ ἄγκυσι Ελμᾶ,  
θεσπεσίους κρατερῶν δῶραισιν Ἰβλιαδάων,  
ταὸν ἔχουσι, φίλης παρὰ Λευκορίδισι ποτ' ἀδελφῆς

(τῆν)

(τῆν γέ σε βαρνιαδες νύμφαι ποτὶ Ἀρκτον ἔδωκαν)  
δεξάμυη παρέοντα φίλει, ἀέκητι δὲ πέμψει,  
οὐδ' ἔμπης φρονέουσα πρὸς ἦντιν' ἀφ᾽ ἕξῃ ὁμοίμων  
τηλόθ' ἔβουαι, ἔπει σε ἴμυρ πεπεωμύον αἰδεν  
ἦχι θεμισ κεφαλῇ σου δάφνης σέμμα φυλάττει,  
πρὸ φυρέοις καλύκεος' ἐμπλέξασ' ἠπόδωρ.  
νῦν δὲ κόρη μεγάλην ἀπιὼν χάριν εἶπες ὀφείλειν,  
ἢ φίλα τὶ φρονέουσα καλῶς ἐδίδαξεν ἔφησον,  
ὅσα μαθῶν ἐσθλὸς ποτ' ἀνήρ ἢ αἰοιδιμῶ εἶης.

Βάσκ' ἴδι, πῆ σ', ἀγαθῶ σὺν δαίμονι, θυμὸς ἀνώγει,  
ὦ κεφαλῇ ἀγάπητι, φίλων μεμνημύω αἰέν.  
βριτόμυρ σὲ φάνοισι μετὰ τρωσῶ αὐθις ὀδεύσω  
βριλλέση τοκέεος χαρῆ, μέγα πατρίδι κῦδῶ.

*Ioannes Potinius. Verdensis.*

EIDEM.



Iuina dij dogmata numinis  
Laboriosum est, Iuppiter, & graue,  
Patrumque peruoluisse scripta,  
Scriniaque hæreticon, inanis  
Quos fastus aut quos ambitio leuis  
Deflexit olim tramite regio,  
Dinoffe, ne fors dein docentes  
Decipiant rude vulgus ipsi  
Errore lapsi, neue Acherunticis  
Absorbeatur turba paludibus,  
Damnataque æterni laboris  
Dispereat vitio docentium.  
Magnum est latenteis noscere tristium  
Causas, medelas, nomina pestium,

A 2

Coi-

Coiq̄ue deuorasse chartas  
Et medici rata Pergameni.  
At donec aura vesceris ætheris  
Sexcenta regum millia, millium  
Millena Doctorum recenti  
Condita mente tenere sensa,  
Laboriosum est, Iuppiter, & graue.  
Hoc capsulas, & quæ reposuerant,  
Aeruginosis plena signis  
Scrinia, spem senij & nepotum  
Exhauriet, blattisque quod ambedant  
Relinquet, aut quæ textibus impleat  
Nata Idmone: Hoc plures nec vnā  
Poscit Olympiaden, quod aiunt.  
At iam peritus Iuris vt vndique  
Iucunda captat præmia! vt ædibus  
Vndam salutantum superbis  
Mane vomit domus ac clientum  
Huc ventitantum non nisi turgida  
Manu, nisi armatis oculis, Tyri  
Colore tinctus fulget ipse,  
Aque sui latere haud recedens  
Regis, fidei rem patriæ iuuat  
Vi consill; quid? quod sibi comparet,  
Nomen superstes gloriamque  
Foetibus ingenij æuiternam?  
Hoc endogresse & prospero iter pede,  
CASPARE, pergas strenuus, hinc tibi  
Fundetur ad plenum capace  
Copia honorum opulenta cornu.  
Et dum remotum visere nunc solum  
Haues, secundo carpe viam alite,

Tauf

Tuusque te per dura quæuis  
Pegasus expediat pericla ;  
Ducente summo quò properas Ioue,  
Vnde & reuinctus tempora frondibus  
Auctusque doctrinâ, Themistos  
Mystra patrem & patriam reuifas.

*Rudolphus à Diepholt Verdensis.*

EIDEM.



*Q*uod tonstrina crepat, quod spurca culina, recenset  
Vano Ligurâ, Cresq; vanior vento :  
Quid tonitent sonitentue senacula fœmellarum,  
Quibus maledictis triuia tinniant, susq;  
Deq; perinde ferunt Muse. Nam frangere nescit  
Vulgus supini plumbeiq; deliri  
Thespiadum mystas : seu lingua spicula spargat,  
Seu expianda mentis euomat virus ;  
Hoc agit, ut spurium fictiq; numisma coloris  
Prodat, loquaciore pertinax voce.  
Quos igitur mangonum vrant fastidia inertum ?  
Quos barbarorum dicta grammatarum,  
Qui malunt feces putidas, quàm haurire Latinum  
De fonte succum, quàm sacram vetustatem,  
Et deserta diu lingua pigmenta Latina  
Non vellicare ineptiis abortiuis ?  
Quò te nunc diuersus ages: seu flumina Rheni  
Mireris Huberine, siue Rhetorum  
Finibus expectes, Phrygiæ Arzenoris vrbe:  
Dum signa Diua consequeris Astrea,  
Ridebisq; alios palantes laudis ad arcem,  
Nostris memento, litterariam laudem

*Affectans solido nisu. Quae credita vulgo,  
Quae monstra monstrorum professus adlatras  
Auspex ingenijs melioribus, hircus ab ala  
Longè auspiciore laude spiraret.  
Sed tibi laruigenas primis designat ab annis  
Minerva: quoq; veneris loci, caelum  
Non animum mutabis. humi repentia vulgi  
Lyceæ linques: ut, Caselio nobis  
Accensam quatiente facem, sapientia verum  
Vite sequare terminum: & voluptatis  
Mancipia, & Veneris famulos, umbrasq; macelli,  
Famemq; fama prurientis euites:  
Et quantum infido scurræ distabit amicus,  
Ut quemq; fors fert, destinare pernoscas.  
Sic tibi non aurum pereat, non aurea uè etas,  
Quicquid seueri dicta patruï rodent.  
Dives enim gazæ benè culta mentis, in orbem  
Fulgebis auro, purpuraq;, coccoq;  
Splendidior, ceu verus homo, non umbra, cadauer,  
Aut bruta moles corporis saginati.  
Sic tibi Clampïadesq;, Caseliadesq;, propinquos,  
Corneliosq;, Adamiosq;, Duncanosq;  
Inuenies, quorum censu composita quiescant,  
Quaecunq; firma mentis impetus suadet.  
Donec progressu solido, victore laboris,  
Aptus cacumen arcis Aonum, digna  
Clarescas pugilis palma, geminosq; triones  
Reiq; nominisq; laude pertingas.*

Ioannes Peparinus. Verdensis.

EIDEM.



E I D E M.



Rgo Hubrine sodalium  
Et tu magna meorum à puero, mihi  
Pars, tam te cito subtrahis?  
Tantum te studium iam tenet exteros  
Visendi populos, procul  
A fratre vnanimi, Iulianos procul  
Clara Thespiadum schola?  
Phœbus cui imperitat, floret vbi Themis  
Dulcis cura, & amor tuus.  
Sic est, instabiles omnigenum vices  
Sunt, & perpetuum nihil  
Humano est generi: dulcia tristibus  
Miscentur: subeunt meum  
Hei nunc æque animum, lætitia & dolor.  
Hic, quod dehinc caream tuo  
Aspectu, alloquio: illa, inque dies tibi  
Quod fortuna serenior  
Ostendat faciem, vt dissita transeas  
Tempe, & moribus aureis  
Ipsam te expolias. Ergo abeat dolor,  
Victrix lætitia accinat;  
Felix perficias, quo tua mens iter:  
Seu lustrare pares solum  
Florens Hesperia: siue alio Themis  
Te blande alliceat, bonæ  
Vt tandem redeas mentis onustior  
Gazis & patriæ & tuis,  
Cinctus tergemina laudis adorea.

*Conradus VVeilanz, Verdensis.*

CASPA.

CASPARVS HVBERINVS

αἰαγαμμαλῆως

PVRVS, CHARVS, EN! ABIS.



Odalibus politioris indolis,  
Virisq; mentis integrae,  
Quod ipse diues elegantis ingeni,  
Amice, PVRVS & fide

Et haud labante crederere pectore,  
Ad vsque CHARVS hunc diem  
Moratus es, celebre dia qua caput  
Sub astra tollit Iulia.

At EN! ABIS benignioribus nouem  
Vocatus hinc sororibus.

Benè est, malè est: dolet tua en sodalitas:  
Malum hoc: bonum sed vicerit.

Ioannes Nendorphius  
Verdensis.

F I N I S.



Casparus Huberinus Verdensis.

CASPAR

AB 113 723

ULB Halle


3

002 387 581



TA → a





17.  
  
CASPARO HVBE-  
RINO VERDENSI

EX ACAD. IVLIA  
*abeunti*

ARGENTORATVM

П О М П Н

*à*  
FAMILIARIBVS.



HELMAESTADII  
Excudebat Iacobus Lucius,  
ANNO

—  
clv lb XCVI.  
Id. viibr.